Annorum glacies cum siccat pabula uuluae.
Seminis et custus refugit cruor utilis inguin.
marcida cur iuuenis sociares galla marito.
Pignoris in thalamis perit et fiducia iuncto.
Nam subolem laxis mendacem uiuere rugis.
Insimulans epulis das prolem feta cloace.
Adtulit hoc uenter quod coniunxi iungat adora.

LEONTIO ABBATI ENNODIUS

Supra meritum meum summa circa me beneficii caelestis ad
soluit. dum qui poena dignus sum iustorum praemia consecutus exulto;
Frustra delinquentes periculi mater disperatio ad extrema
precipitat. In errore maximo constituti meo ad spem solidam
reparentur exemplo; Nescio de quo opere mihi de qua innocen
tia epistolarum uestrarum fructus accesserit. et animam
peccati ubertate locupletem. Caelestis boni melle satiastis. Nisi quia
ille qui uulnera nostra suscepit et pro nobis doluit mutata meritorum
conditione quos flagellis dignos uiderit castigat muneribus.
et uer sauce noxiorum. animas dum secundis replet pudore meliorat
Super ergo secreti dignatione confabulationis uestrae fruge felicium.
Uos de corporis mei sanitate sollicitus. Ille reddidit qui animae
meae curam per spiritalis medicos adflatum in dultae ualitudinis redire
conpellit. quae sit in me substantia membrorum religiosae sollicitu
dinis inuestigatione perquiretis. quorum status animae partem
neglegens toto mundi istius grauatur imperio. Agite orationem
et talem fieri qualem adseritis blandimentis. quia fuci nescia propo
siti uestri claritudo quem bonum esse praedicat. ante tempus innocen
tiae adnuntiat mox futurum. fratribus meis et conseruis quos
direxistis quantum exhibere solacii potui uoto potius quam re ido
neus non negaui super eum accipientes obsequia mea cum uniuerso
cui praeestis concilio per dei omnipotentis misericordiam coniuro
deo pro paruitate mea precibus insistatis. ut cui deest pactionis suae
fiducia bonorum per suffragia uestra contingat. Finit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0230